



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De modis quibus omnis irregularitas tollitur. cap. 89.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

ciūm nō ita Episcopus, ne quidem  
in ea quæ contracta est ex homi-  
cide occulto, modò sit voluntar-  
ium, alias enim potest, vt si fa-  
ctum sit ad defensionem sui, licet  
non cum moderamine inculpatæ  
tutelæ, eademque est ratio de qua-  
cunque alia Irregularitate con-  
tracta ex occulto delicto, modò  
non sit homicidium voluntarium.  
Cæterū ante sententiam nullus  
homicida perdit bensficiū iam  
obtentum, nisi homicidiū illud sit  
qualificatum, sed est eo priuādus.  
In Irregularitate casualis homi-  
cidii, Episcopus potest dispensare  
sitale homicidium est occultum,  
secus non potest.

*De modis quibus omnis irregu-  
laritas tollitur Cap. 89.*

**P**er Baptismum tollitur omnis  
Irregularitas præter bigamia

& quæ ex defectibus corporis cō-  
surgit. Per Religionis ingressum  
tollitur illa, quæ ex illegitimatio-  
ne nascitur quo ad ordines, non  
quo ad dignitates, sine noua Papæ  
dispensatione. Papa omnem irregu-  
laritatatem, & in omni ( infideli  
& fœmina exceptis ) auferre po-  
test. Episcopi in omnibus irregu-  
laritatibus dispensant, quæ sunt  
ex delicto occulto, præter eas, quæ  
sunt ex homicidio voluntario, &  
ad forum contentiosum deductæ,  
vt Concil. Trid. Sess. 24. cap. 6.  
Quam tamen concessionem Epi-  
scopis per Concil. factam, non  
habent Abbates, nec Prælati Re-  
ligionum, ex Congreg. Concil. nec  
Cardinales in suis titulis, vt decla-  
ravit Greg. XIII. nam quamvis  
Episcopalē hī iurisdictionem  
habeant, Episcopi tamen non  
sunt. In Iubileis datur absoluendi  
facultas ab omni delicto, & cen-  
sura, sed non ab irregularitate,

quia sic habet praxis Romane curiae, præterquam quod irregularitas ultra absolutionem indiget etiam dispensatione, quæ rursum non datur.

*De Iurisdictione. Cap. 90.*

**I**urisdictionis defectu simpli-  
ces Sacerdotes sine culpa ad-  
ministrate non possunt Sacra-  
menta, & à peccatis absolventes,  
inutilida est eorum sacramentalis  
absolutio exceptis his casibus,  
mortis nempe periculo, vel si sit  
tantum venialium vel mortalium  
alijs dimissorum, aut certe papali  
gaudeant privilegio. Cetera si ab  
ipsis exerceantur, valida quidem  
sunt, sed peccant, vt in solemniter  
baptizando, vel alia Sacra menta  
ministrando, modo quo non  
potest laicus.